Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Exlu 154

pati et reprobari a generatione
hac. Et sicut factum est in diebus
noe. ita erit et in diebus filij
hominis. Edebant et bibebant uxo
res ducebant et dabantur ad nup
tias usque in diem qua intrauit
noe in archam et uenit diluu
uium et perdidit omnes. Similiter factum
est in diebus loth edebant et bibe
bant emebant et uendebant plan
tabant et edificabant. qua die autem
exiit loth a sodoma pluit ignem
et sulphur de celo et omnes perdi
dit. Secundum hec erit qua die filius
hominis reuelabitur. In illa hora qui
fuerit in tecto et uasa eius in do
mo non descendat tollere illa. Et qui
in agro sile non redeat retro.
Memores estote uxoris loth.
Quicunque quesierit animam suam
saluam facere perdet eam. Et quicunque
perdiderit illam uiuificabit eam. Di
co autem uobis. in illa nocte erunt
duo in lecto uno. unus assumetur
et alter relinquetur. Due erunt mo
lentes in unum. una assumetur et
altera relinquetur. Duo in agro.
unus assumetur et alter relinquetur.
Respondentes dicunt illi. Vbi domine. Qui
dixit illis. Vbicunque fuerit corpus
illuc congregabuntur et aquile.

Deus in adiutorium Dominica iii.
meum intende domine ad adiuuan
dum me festina confundantur et
reuerentur inuenia mea qui querunt
animam meam. Ps. Auertantur retrorsum et
erubescant qui cogitant mihi mala. Gl.

Omnipotens et misericors deus. de
cuius munere uenit ut
tibi a fidelibus tuis digne et
laudabiliter seruitur tribue
quesumus nobis ut ad promissiones
tuas sine offensione curramus. P.

Lectio. Sancti Ad corinthios. i.
Ea talem habemus per
xpm ad deum. non quod sufficientes
simus cogitare aliquid a nobis
quasi ex nobis. sed sufficientia nra
ex deo est qui et idoneos nos fe
cit ministros noui testamenti. non
em litere sed spiritus. Litera enim occidit.
spiritus autem uiuificat. Quod si
ministratio mortis litteris deformata
in lapidibus fuit in gloria.
ita ut non possent filij israel intu
entur in faciem moysi. propter gloriam
uultus eius que euacuatur. quomodo
non magis ministratio spiritus erit
in gloria. Nam si ministratio damp
nationis gloria est. multo magis
habundat ministerium iustitiae in
gloria. Benedicam domino in omni
tempore semper laus eius in ore meo. Ps. In
domino laudabitur anima mea audiant man
sueti et letentur. Alla. Ps. Domine refugium
factus es nobis a generatione et progenie.

Sequentia sancti Exitus B. marci. iii.
ihesus de finibus tyri. uenit per
sydonem ad mare galylee inter
medios fines decapoleos. Et